

Zf
95



Reinhard Dieticus a Taube.
F.R. 108.

4

Z f
95

~~10~~ 14.

M. JOHANNIS BOHEMI

Rectoris Scholae Dresdensis,

Aliorumque

EXERCITIA ORATORIA.



RECTOR
ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS,
M. NICOLAUS POMPEIUS, MATHEMA-
TUM INFERIORUM PROFESSOR PUBLICUS.

CIVIBVS ACADEMICIS
S. D.



DUÆ res sunt, quibus nihil non expugnare ac superare facile est, Eloquentiæ vis, atque armorum scientia. Quare ut Romanorum indoles nescio quid sublimius populis cæteris spirabat juxta & affectabat; ita non aliis artibus studebant magis, quam quæ in summo fastigio gloriæ atque imperij locare eos & ponere possent. Sed quia disertus ac eloquens esse haud potest, nisi qui omni doctrinæ liberalis ac disciplinarum genere locupletaverit pectus ante: & ipsa bellorum scientia ingenio atque doctrina non adjuvatur plurimum tantum, sed consummatur etiam ac perficitur; idcirco non alii magis quam proceres, & qui ut magno loco nati, ita & maximis rebus præficiendi erant, cum in cæteras liberales artes, tum in Historiæ & antiquitatis studia, quibus præcipuè eloquentia educenda quasi & nutrienda est, sic incumbabant, ac si præ cæteris eruditionis laudem sibi solis asserere ac vindicare ingrederentur. Hinc nullum propemodum magnum virum Romæ, nullum egregium exercituum Ducem ac Imperatorem belli existisse legimus, qui eloquentia & literarum optimarum scientia non multum præstiterit & excelluerit. Ut affirmare non dubitem, haud aliunde Romanæ magnitudinis causas, quam ab hoc incredibili optimarum artium studio, quod nobilissimum quemque tenuit, petendas esse. Quippe qui orbis terrarum imperium sibi invictis armis haud magis, quam consilio, humanitate, clementia, atque justitia pepererunt. Cujus fiduciam ac spem tum primum potuerunt capere, cum victus Hannibal, hostis acerrimus, & Carthaginensium potentia æmula fracta non tantum, sed penitus tandem eversa esset. Quod quia Scipionibus ascribendum maximè est; quotum uterque elegans liberalium studiorum omnisque doctrinæ & auctor & admirator fuit; intelligi potest, quantum Romanæ res literis & eruditioni debuerint. Quantas Lucullus contra potentissimum ac bellicosissimum Regem Mithradatem gessit res? Quantas in omni prope terrarum parte Pompejus? Cæsar ipse denique, quo nemo bellorum gloria superior fuit? Quantis accessionibus iidem imperium juxta & nomen Romanum amplificaverunt? Atqui in Asiam Lucullus profectus est rudis militiæ quidem, cæterum summo ingenio, & literarum memoriæque veteris si quisquam alius sciens. Quapropter cum venisset in provinciam tantum imperatorem belli exhibuit, quantum alium nullum legendo etiam cognovisset ante ipse fortissimus hostis confessus est. Jam qui Pompejo, qui Cæsari virtutis bellicæ laudem tribuunt tantum; ingenii ac literarum adimunt, illi in scientiam Antiquitatis & Romanarum rerum abundè produnt. At de Augusto quid dicam? qui cum in summæ fortunæ spem educaretur à Cæsare avunculo,posito rerum, non aliis quam eloquentiæ & philosophiæ cum vacuum esset, legendo, scribendo, declamando assidue occuparet & exerceret. Idque non ostentationis & gloriæ causa; sed ut se æquè & alios præclare instrueret ac erudiret. Nam si quod præceptum exemplumve egregium, & vel privatim, vel publicè salubre ac utile (quod in evolvendis & lectitandis utriusque solebat mittere, prout quisque monitione indigebat præcipuè) notasset, excerpere ad verbum, & ad domesticos, aut provinciarum ac exercituum rectores, aut magistratus urbis solebat mittere, prout quisque monitione indigeret. Nec qui secuti principes postea sunt literarum & eloquentiæ laudis expertos fuerunt: nonnulli illorum ad excellentiam quoque & admirationem usque progressi. Et legimus M. Claud. Tacitum suffectum Imp. Aureliano successorem ac principem, non tantum quod primæ sententiæ Senator, moribusque sanctissimis esset; sed & ingenio ac eruditione nobiliter præstare. Quare post cætera ipsi hoc in Senatu etiam, **QUIS MELIUS, QUAM LITERATUS IMPERAT?** acclamatum fuit. Ex quibus potest constare nunquam non celebrata nobilitati atque patriciis doctrinæ & literarum studia; eaque hujus ordinis quasi propria fuisse. Adeo, ut multum de dignitate atque splendore iis decederet, qui laudis hac parte destituerentur. Nam Orphitum, præfectum urbis sub Imp. Constantio, *virum prudentem quidem, ut negotiorumque, forensium oppido gnarum* Ammianus scribit; eundem tamen *splendore liberalium doctrinarum minus, quam nobilem decuerat, institutum*, idem arguit. Qui in Modesto quoque, Prætorii Præfecto, *agreste ingenium, & nullis vetustatis lectionibus expositum*, notanter perstringit. Quæ uti legerat partim, partim ab aliis audierat, summo ingenio, summa nobilitate, tum eleganti doctrina juvenis, REINHARDUS DITERICUS à TALBE, Eques Misnicus; ita generoso animi impetu æmulus veterum gloriæ nihil antiquius habuit, haud aut prius, quam ut in studiis optimæ cuiusque artis, & evolvendis auctoribus præclaris sic versaretur, ut simul & nobilissimarum rerum scientia capacissimum pectus instrueret, & eleganti ac efficaci dicendi copia linguam ornaret. iisque artibus Reip. patriæque, quibus se natum recordabatur, olim consuleret. Quæ spacia curriculaque præclara si omnes & luculentè quoque atque ingenii elegantia, nobilitatem præferre, & supra vulgus assurgere sordidum; contenti armorum insignibus tantum, & splendidiore corporis cultu; non ornamentis animi quoque; atque ingenii elegantia, nobilitatem præferre, & supra vulgus assurgere sordidum; quam spem atque fiduciam de erigendis ac instaurandis prostratis atque collapsis, patriæ rebus, de revocanda & stabilienda pace atque felicitate publica, conciperet liceret? Nam ut in bella atque discordias pessimo cuique rudissimoque plurima vis: ita tranquillitas & quies non nisi optimis artibus studiisque reduci pariter ac teneri potest. Sed quos profectus eximios TAUBIUS noster fecerit; quos suæ industriæ atque ingenii fructus ostendere ac polliceri patriæ audeat, Oratio, qua DE MEDIIS, & QUI NEUTRIUS EXORTO CIVIUM BELLO PARTIS SUNT; doctè & eleganter conscripsit domi, docere potest. Quam cum finitissimis sacris postea in aroaterio publico, destinato exercitationibus hujus generis, recitaturus sit, vestrum erit, convenire eò frequenter, & Declamatori nobilissimo benevolam atque polixam operam dare. Nam neque poenitebit quem temere impensæ operæ; & studio atque applausu dici non potest, quam excitentur non modo ad capessendas artes egregias erecta atque præclara ingenia, sed confirmentur etiam atque alantur publico bono. PP. Domi-

ica Trinitatis anno recuperatæ gratiæ clō 10 c XLVI.

Handwritten notes in a cursive script, possibly a signature or list of names, written diagonally across the top left corner.

7 9574

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is difficult to decipher due to its lightness and the texture of the paper.

Handwritten mark or signature at the bottom left of the page.

110



Pon 2f 95, FU

3
ULB Halle
002 692 872


WMA





CTOR
ITTEBERGENSIS,
MPEIUS, MATHEMA.
PROFESSOR PUBLICUS.

ACADEMICIS
S. D.

expugnare ac superare facile est,
indoles nescio quid sublimius populis cæteris spirat
io gloria: atque imperij locare eos & ponere possent. Sed qui
ere locupletaverit pectus ante: & ipsa bellorum scientia ingeni
circo non alii magis quam proceres, & qui ut magno loco nati,
bitatis studia, quibus præcipue eloquentia educenda quasi & nut
ingrederentur. Hinc nullum propemodum magnum virum R
uentia & literarum optimarum scientia non multum præstiterit
arum artium studio, quod nobilissimum quemque tenuit, pene
a, atque iusticia pepererunt. Cujus fiduciam ac spem tum prim
um, sed penitus tandem eversa esset. Quod quia Scipionibus af
fuit: intelligi potest, quantum Romanæ res literis & eruditione
omni prope terrarum parte Pompejus? Cæsar ipse denique, quo
Atqui in Asiam Lucullus profectus est rudis militiæ quidem, c
vinciam tantum imperatorem belli exhibuit, quantum alium ni
laudem tribuunt tantum: ingenii ac literarum adimunt, illi i
ne spem educaretur à Cæsare avunculo, potito rerum, non aliis q
lis deditus, ut postea quoque per bella & inter imperii curas non
Idque non ostentationis & gloriæ causa; sed ut se æquè & alio
utile (quod in evolvendis & lectitandis utriusque linguæ auctor
ac exercituum rectores, aut magistratus urbis solebat mittere,
erunt: nonnulli illorum ad excellentiam quoq; & admirationem
quod primæ sententiæ Senator, moribusq; sanctissimis esset; sed
TERATUS IMPERAT? acclamatum fuit. Ex quibus potest c
fuisse. Adeo, ut multum de dignitate atque splendore iis deceder
dem, *negociorumq; forensium oppido gnarum* Ammianus scribit;
to quoque, Prætorii Præfecto, *agreste ingenium, & nullis vetust.*
na nobilitate, tum eleganti doctrina Juvenis, REINHARDUS
hactenus aut prius, quam ut in studiis optimæ cujusque artis, &
et, & eleganti ac efficaci dicendi copia linguam ornaret: iisq; ar
luculente ingenio & summo loco nati, non ingredi tantum, sed
animi quoq; atque ingenii elegantia, nobilitatem præferre, & su
rebus, de revocanda & stabilienda pace atque felicitate publica,
quies non nisi optimis artibus studiisque reduci pariter ac tene
c polliceri patriæ audeat, Oratio, qua DE MEDIIS, & QUI NE
um finitis Sacris postea in acroaterio publico, destinato exercita
atque polixam operam dare. Nam neque poenitebit quem te
s erecta atq; præclara ingenia, sed confirmantur etiam atque alar

